

mia nostra in his alcedoniis floret suo more,  
delectu, non *ουρα* *ἰσορροπιῶ* hospitem. Precor  
domui tuæ toti ac nominatim Magnifico Vi-  
ro Parenti tuo omne bonum. Disputationem  
de consolatione adjunxi: nam illam adversus  
Arianos, quam mihi Vulcani calumnia ex-  
torfit, te jam confido accepisse. Saluta quæ-  
so amanter & reverenter meo nomine D.  
Herdesianum & D. Durnhoferum. Brutum  
fulmen Vulcanus (a) in illum jam diu cædit,  
Nuper misi tuæ uxori expositionem Domini-  
calium Evangeliorum, quæ ita a me scripta  
est, ut requirebat captus & permittebat  
tempus. Basileæ 13. Septembris 1583.

## EPISTOLA XXXII.

**S** Constantissimam tuam erga me bene-  
volentiam, quam honorificis de vetere  
nostro contubernio sermonibus te testari,

F 4

magni

(a) est sine dubio *Vulcanius Bonaventura*, qui post-  
quam aliquando Basileæ commoratus, Burgis  
Hisp. in familiam *Cardinalis Francisci Mendozæ*  
stipendio honorifico assignato adscitus, cum is  
tum temporis totus esset in scribendo libro *de na-  
turali nostra per dignam Eucharisticæ sumptionem  
cum Christo unione*; ipsum magnopere adjuvit in  
variis edendis scriptis. Postea Lugduni Batavo-  
rum Prof. designatus, & annos 32. ibi docuit.  
Obiit 1614. æt. 77. vid. Freherus p. 1510.